



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**EXIMI-//VM PLANEQVE DIVI-//NVM OPVS  
INCOMPARABILIS// Theologi Dionysij, professione  
Car//thusiani, in quo opere contine[n]tur// quinque  
humanae uitae specu//la**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, 1540**

Prooemivm Avthoris.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55481](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55481)

thoris.



VONIAM cōsultitur <sup>Prover. 30</sup>  
 aut præcipitur per sapiētis <sup>Et nū salom</sup>  
 simū Salomonē dicētē, deri <sup>dicat</sup>  
 uentur fontes tui foras, &  
 in plateis aquas tuas divide,

id est, scientiā tuā alijs cōmunica. Comparatur <sup>Sarra friv</sup>  
 autē sacra scriptura aquæ, quia mū dat & lauat, <sup>ra aquas rō</sup>  
 iuxta illud Ioan. Iam vos nūdi estis, ppter ser <sup>paratur.</sup>  
 monē quē locutus sum vobis. Cuius causam <sup>Ioan. 19. quid</sup>  
 gnat doctor ecclesiasticus, dicēs: Sapiētia abs cō <sup>dicat</sup>  
 dita et thesaurus inuisus, quæ utilitas in utriq; <sup>Sapient. 19</sup>  
 Quasi diceret, nulla. Nā ut dicit Seneca. Nul <sup>Seneca.</sup>  
 lus boni sine ocio, iucūda est possessio. Et Boe <sup>Loethius.</sup>  
 thius dicit: Incomparabilis thesaurus est sciētia,  
 quæ celata perit, distributa recipit incrementū.  
 Vnde Chryostomus: Cor non præbēs membri <sup>Chrysoft.</sup>  
 spirītū, uelociter extinguit: fons si non genuerit  
 aquas, apud seipsum purescit. Māna quoq; uer  
 mibus scater, si fuerit reſeruatū: erogatum autē  
 utiliter, fit panis celestis, et refectio angelorum.  
 Scio nimirū, q̄ gratia obest, si alijs non prodest.

A Qui

PROOEMIUM

*Qui domi  
ni in utilita  
em aliquum  
dicat, quid  
mirabilem  
faborem.*

Qui autem donum dei in usum & utilitatem alie-  
nam communicat, plenius meretur habere quod  
habet: nam dabitur ei, & abundabit. Amore  
igitur illectus & tractus, quæ ex paucis libris a  
primis motibus conuersionis meæ perlectis reti-  
nui, sine inuidia omnium communico dilectionis:  
tametsi sciam nonnullos ad detractum faci-  
les dicturos, quæ securius quæ scribo, lateret in sinu  
conscientiæ meæ, & prudētius inter silenij car-  
dines clauderet. Sed audiant tales admonitiōem  
sanctorum ordinis Carthusiensis secunda parte,  
ca. XVI. ubi sic habet: Libros tāquā sempiternū  
animarū cibū cautissime custodiri, & studiosis-  
sime uolumus fieri: ut quia ore non possumus,  
manibus uerbū dei prædicem. Quotquot enim  
libros scribimus, tot nobis ueritatis præcones fa-  
cere uidemur, sperantes a domino mercedem pro  
omnibus, qui per eos uel ab errore correcti fue-  
rint, uel in catholica ueritate profecerint: pro  
cunctis etiam qui de suis peccatis uel uitij compū-  
cti, uel ad desiderium fuerint patriæ celestis ac-  
censi. Dicit quoque beatus Gregorius: Qui in  
occul

*Quomodo de  
ros risto  
solit.*

*Quæ auctor  
meret premi-  
um de dicit  
quæm li-  
ris*

oculto silentio bene uiuunt, sed alieno profectui  
 exemplo luminis minime proficiunt, carbones

Greg. homi  
 lia, 5. super  
 Ezech.

sunt: qui uero & exempla uirtutum prærogant,  
 & lumen boni operis per uitam & uerbum, seu  
 scripturam multis demonstrant, iure lampades  
 appellantur, quia & per ardorem desiderij sibi  
 ardent, & per flammam uerbi aliis lucent, atq; a  
 peccatorum cordibus erroris tenebras repellunt.  
 Idcirco præsens quinquipartitum sæculum s; iri  
 tu Iesu operante collegi.

Primum erit sæculum prælatorum.

Secundum sæculum subditorum.

Tertium sæculum sacerdotum.

Quartum sæculum hominum mundanorum.

Quintum sæculum, uel potius stimulus, pœni  
 tentiæ.

Deniq; in sacra scriptura debet se unusq; que studiose exercere, quia sicut dicit Hierony-  
 mus gloriosus super illud psalmistæ, Ut mitiges  
 ei a diebus malis, scientia & exercitatio & ope  
 ratio de scripturis mitigant nobis dies malos.  
 Idem etiam ad Rusticum monachum: Scriban-

*Et in sac  
 scripturis d  
 Hierony. gram  
 nos terris*

eur (inquit) libri, ut & manus operetur cibos, & anima lectione satiatur. In desiderijs enim est o-  
mnis ociosus. Sanctus quoq; Martinus omnes di-  
scipulos & fratres monasterij sui scriptores fece-  
rat. Iulianus etiā apostata, ut in Polycratico scri-  
bitur, scriptores plurimū uenerabatur, cultores-  
que scripturaru undiq; colligebat. Ipse quoq; no-  
ctibus uigilans conscribebat libros, quos in jena-  
tu publice recitabat. Et statuta ordinis Carthusi-  
en. ubi supra, dicunt: q; omnes pene quos suscipi-  
mus, si fieri potest, scribere docemus. Plato philo-  
sophus etiam ait, quod literæ insipienti animo tā  
quā baculus infirmo corpori repertæ sunt. Et poe-  
ta laureatus libro primo de remedijs utriusq; for-  
tunæ dicit, q; nihil sanctius quam scribere libros  
ut posteris proficias, ut ingenium exerceas scribē-  
doq; alijs te doceas. Nihil autem est dulcius bene  
impesi tēporis memoria. Græcorum unus Orig.  
sex milia librorum ædidisse traditur. O tranquil-  
lum ocium. Hæc ille. De commendatione sa-  
cræ scripturæ sic dicit Hugo lib. prim. de anima:  
Nihil in hac uita dulcius sentitur, nihil ita men-  
tens

S. Martinus.

Iuliani apo-  
stata perti-  
max studiū.

Platonis ele-  
gans dictū.

Enome.

inms udatio  
ores scrip  
ura.

In seipsum se  
ua scriptura nisi  
Dicitur esse

tem ab amore mundi separat, nihil sic animam  
 contra tētatōnes roborat, nihil ita hominem ex-  
 citat & adiuvat ad omne opus & ad omnem la-  
 bore[m]; sicut studium sacrę scripturę. Propter  
 hoc Hieronymus ad Demetriadem uirginem sic  
 scribit: Diuinas scripturas sæpius lege, imo nun-  
 quā de manibus tuis sacrę lectio deponatur. V-  
 tere lectione diuina uice speculi, fœda corripiēdo  
 pulchra conseruando, et pulchriora faciēdo. Scri-  
 ptura enim speculum est, fœda ostendēs & corri-  
 gi docens. Ibi sentimus quantum propinquamus,  
 quantum uē a profectu longe distamus. Idē Hie-  
 ronymus in alia epistola: Sicut stellas celi  
 non extinguit nox: sic mentes fidelium inha-  
 rentes firmamento sacrę scripturę non obscu-  
 rat mundana iniquitas. Idem super epistolam ad  
 Ephesios: Si quid nanque est quod in hac uita uir-  
 rum sapientem teneat, & inter pressuras & tur-  
 bines mundi æquo animo manere suadeat, illud  
 esse primum reor: meditationem & scientiam  
 scripturarum. Et Origenes in Numeris, Homi-  
 lia decima sexta: Nunquam est quando ani-

Hieronymus  
 ad Demetri-  
 adam uir-  
 ginem  
 scripsit

Hiero.

Lib. 1.

Origenes  
 Numeris  
 capitulo 16

PROOEMIUM

ma sciētiae igniculo succensa ociari possit & qui-  
 escere: sed semper a bonis ad meliora, & iterum  
 ad superiora a melioribus prouocatur. Seneca:  
 Vita hominis sine literis mors est, & uiui homi-  
 nis sepultura. Item Ambrosius in libro de Cain &  
 Abel: Caelestium scripturarum alloquia diu tere-  
 re ac polire debemus, toto animo ac corde uersan-  
 tes, ut succus ille spiritualis cibi, in omnes seue-  
 nis animae diffundat. Sed qui praedictos sacrae  
 scripturae fructus carpere desiderat, oportet quod  
 in uitae regulam lecta conuertat. Nam ut dicit poe-  
 ta laureatus ubi supra, tunc est utilis notitia scri-  
 pturarum, dum in adum transit, sequitur ipsam ope-  
 ribus approbat, non uerbis. Alioqui saepe uerum  
 apprehenditur quod scriptum est, scientiam infla-  
 re. Et addidit idem dicens: Multa simul & gran-  
 dia clare uelociterque intelligere, ac eadem tenaci-  
 ter meminisse, & ornate loqui ac artificiose scri-  
 bere & pronunciarere suauiter, haec omnia nisi ad  
 uitam referantur, quid sunt aliud, quam inanis  
 instrumenta iactantiae, inutilisque labor ac stre-  
 pitus: Hec ille. Et in Polycrat. libro octa-

*in libro de  
 Cain et Abel.*

no. cap. uigesimo quinto: Nosse bonum & non fa-  
 cere, meritum damnationis est, non uia beatitu-  
 dinis. Porro ut ait uenerabilis P. e. Blesen. *Litera* Epistol. 36.  
 tus qui se lectione assidua non exercet, quasi do-  
 mus deserta est, in qua iuxta uerbum Isaiæ pro-  
 phetæ pilosi clamant, alter ad alterum, & dæmo-  
 nes onocentauris occurrunt. Immundus enim spi-  
 ritus domum uacantem inuenit, & frequenter ad-  
 habitandum in ea secum septem spiritus nequio-  
 res adsumit. De fructu etiam scripturarum scri-  
 bitur in Polycratice: Certum est, quia fidelis Lib. 7. capit.  
 lector & prudens & qui literis ex amore inuigi-  
 lat, uitia semper excludit, & in omnibus accedit 10.  
 ad uitam. Hinc est illud doctoris doctorum Hie-  
 ronymi: Ama scientiam scripturarum, & carnis  
 uitia non amabis. Sacra siquidē scriptura rerum  
 omnium continet disciplinam, & omnium mode-  
 ratrix uniuersis humane uitæ actibus, & uer-  
 bis & cogitationibus, modum & terminum ipsa  
 constituit. Item in prologo eiusdem libri scribi-  
 tur de laude scripturæ sic: A uitiis redimitur a- Lib. 7. capit.  
 nimus, & suauis & mira quadam etiam in aduer- 13.



PROOEMIUM

sis iucunditate reficitur, cum ad legendum uel scri-  
 bere uel uilia, mentis intendit acumen. Nullum in  
 rebus humanis iucundiorē aut utiliorē occupatio-  
 nē inuenies, nisi forte diuinitus compuncta deuo-  
 tio oratio diuinis insistat colloquijs: aut corde p-  
 charitatē dilatato deum mente concipiat, & ma-  
 gnalia eius apud se quadam meditationis manu  
 pertractet. Experto crede, quia omnia mundi dul-  
 cia his collata exercitijs amarescunt. Verū dicē-  
 te domino, qui uersatur in turbis, turbatur erga  
 plurima, quod nihil studijs aut bonis moribus exer-  
 cendis perniciosius est. Si enim studium, ut Cice-  
 roni placet, est uehementis animi applicatio ad ali-  
 quid agendum magna cum uolūate, profecto mēs  
 quæ turbatur, ad plura distribuitur: nequaquam in  
 uno uirtutis opere fideliter occupatur. Denique  
 armatura spiritus aduersus hostē suum, scilicet  
 carnē, est sacra scriptura. Unde Orig. in Leuit.  
 Non audistis ex diuinis scripturis, quæ certamen  
 est inter homines, carni aduersus spiritū, & spi-  
 ritui aduersus carnē. Et ne scitis, quæ si carnē nu-  
 triatis, & ipsam frequēti mollicie, ac in zi deliti-

Studiū quid  
 Cicero di-  
 cat.

erum fluxu foueatis. insolescit necessario aduer-  
sus spiritū, et fortior illo efficitur. Quod si fiat,  
sine dubio eū in ditionē suā redactū, suis coget ui-  
cijs ac legibus obedire. Si uero ad ecclesiā frequē-  
ter uenias, aurē literis diuinis admoueas, expla-  
nationē mandatorū cælestiū capias, sicut cibus &  
delicijs caro, ita spiritus uerbis diuinis cōualescit  
ac sensibus: & robustior effectus, carnē sibi pare-  
re cogit, ac suis legibus obsequi. Nutrimenta igitur  
spiritus sunt, diuina lectio, orationes assidue,  
sermo doctrinæ: His alitur cibus, his conualescit,  
his uictor efficitur. Quod quia non facitis, nolite  
cōqueri de infirmitate carnis. Nolite dicere quia  
uolumus, sed non possumus: uolumus continenter  
uivere, sed carnis fragilitate decipimur & impu-  
gnamur stimulis eius. Tu das stimulos carni tuæ  
tu eam aduersus spiritum tuum armas & poter-  
tem facis, cum eam carnibus satias & uino in-  
undas, omni mollicie palpas, & ad illecebras nu-  
eris.

*Infirmitas  
spiritus qui  
fuit.*

Proemij finis.

A V

*Libellus Emptori.*  
*Indoctum docto populum sermone gubernans,*  
*Atq; ouibus pastor pabula læta paro.*

*Liber ad seipsum.*  
*Liber, indoctas aures contemne: putato*  
*Auribus indoctis displicuisse, bonum.*